



Disputatio juridica trigesima-quarta de probationibus & praesumt. ad Tit. 3. 4. 5. & 6. Lib. 22. Pandect.

<https://hdl.handle.net/1874/340978>

DISPUTATIO JURIDICA
TRIGESIMA-QUARTA
DE

Probationibus & præsumt.

A D

Tit. 3. 4. 5. & 6. Lib. 22. Pandectar.

Q U A M

FAVENTE DEO OPT. MAX.

SUB PRÆSIDIO

Clarissimi Consultissimique Viri,

D. CYPRIANI REGNERI ab OOSTERGA,

J. U. D. nec non ejusdem facultatis in Illustri

Traject. Acad. Professoris Pandect.

Publico subicitur examini

P E T R U S A R N O U T S, Amstel.-Batav.

Ad diem 6. Novemb. horâ locoque solitis.



TRAJECTI AD RHENUM,
TYPIS *Gisberti à Zjll, & Theodori ab Ackersdijck,*

MDCCCL.

Clarissimis, Doctissimis Consultissimisque

V I R I S,

D. CYPRIANO REGNERI Ab
OOSTERGA, J. U. D. & in Almâ
Ultraject. Academiâ Professori dignissi-
mo, Præsidi, & Præceptori meo, unice de
studiis meis merito.

D. JUSTO AB EWYCK,
J. U. D. & in Ultraject. Curia Advocato
expertissimo, Cognato suo.

*Hanc disputationem Iuridicam in debiti &
grati animi signum,*

Dedico, offero

PETRUS ARNOUITS

Respond.

DISPUTATIO JURIDICA
TRIGESIMA-QUARTA

DE

Probationibus & præsumpt.

AD

Tit. 3. 4. 5. & 6. Lib. 22. Pandectar.

THESIS I.



AD Rubr. quæritur, an & quomodo definiantur & differant probatio & præsumptio? Sed cum vel ipso Duareno & Bacchovio testante hic de definitione laborandum non sit, ut latius dixi in *disp. ad lib. 22. Pandect.* retineo simpliciter definitionem à Pacio JC^{to}. & Philosopho absoluto traditam *Isagog. ad h. t.* quod scilicet actus sit judicialis per quem judici de re dubia & controversa fides fit: vel ut definit Maschard., *tract. de probat.* ostensio rei dubiæ apud judicem per legitimos modos facta in causis apud judicem controversis. Præsumptio ab eodem Pacio describitur opinio aliquo modo suffulta de re incerta, non probata, qua conditiones juris adducuntur credere, probabiliter id verum esse, quod solet ita contingere ex natura hominis aut rei & quam juxta præsumptionem judices judicare debent, nisi contrarium probatum sit. *l. 24. h. t.* Ex his de differentia utriusque satis constat. *Diss. DD. varie*, ut videre est apud *Trentl. disp. 4. vol. 2. thes. 1. & ibi Bacchov. Ferret. & Gothofr. & Alios ad rubr. h. t.* Sed rectene probatio dividitur in artificialem & inartificialem, seu obliquam & directam? *Aff: d. definit. & Aristot. 1. rhet. c. 2. Quintil. lib. 5. c. 1. Diss. Duaren. c. 3. h. t.* An & recte in plenam & semiplenam? *Aff: per ea, quæ dixi ad l. 31. de jurejur. Diss. vide ibid. & apud Ant. Matth. disp. 33. Pand. thes. 5. & 6.*

II.

Adl. 1. quæritur, an ille, qui se heredem ab intest. affirmat,

A 2

tenea-

teneatur probare, se proximiorē esse? Sed nos illam quæstionem excussimus ad l. 1. de petit. hered. quam, si lubet, huc ad incudem revoca. Adde *Costal. ad d. l. 1.*

Ad l. 2. quæritur, an & quæ negatio probari possit? Regulariter negatio probari nequit. *d. l. 2. & l. 23. C. h. t.* vel simplex & pura negatio non probatur, sed quæ habet implicitam affirmationem, vel sua natura probationem recipit, probari potest. *dd. ll. & l. 10. C. de non num. pec. Diss. DD. varie*, ut videre est apud *DD. ad dd. ll. & Treutl. d. thes. 1. lit. b. & ibi Bacchov. Bronch. cent. 2. ass. 92.* Quod *d. l. 2.* etiam in negotio criminali procedat, nullus dubito. *l. ult. C. h. t. Diss. vide apud Treutl. & Bacchov. d. loc.* Sed quid de notorio? non probatur quæ tale. *arg. l. 2. de jur. & fact. ignor. Diss. vide apud Treutl. d. thes. 1. lit. c. & ibi Bacchov.* Quid & quotuplex sit notorium vide apud *Gail. 1. obs. 16. Sichard. ad l. 24. C. de Pign. et hyp. Christin. vol. 3. tit. 19.*

Ad l. 5. & 8. quæritur, an illud, quod juris est, probari possit? Neg: sive negetur, sive affirmetur. *d. l. 2. de jur. & fact. ign. Diss. vide apud Bacchov. ad Treutl. d. lit. b. Vvesemb. ad h. t. n. 2.* Sed suntne probationes de substantia iudicii? Aff: quia probationibus non admissis sententia nulla est, ac si contra legem & bonos mores pronuntiata esset. *arg. l. 1. §. 2. D. quæ sent. sin. appell. l. 5. C. de ll. c. non in quemc. 2. q. 1. Diss. DD. comm. teste Tursan. op. 169. quos sequitur Bus. ad l. 1. h. t. Mores variantes vide apud Zyp. in notit. jur. Belg. tit. de in integr. rest. Groeneweg. ad rubr. C. in quib. caus. in integr.*

III.

Ad l. 10. quæritur, an & quomodo communis DD. opinio species probationis sit? Diximus ad *tit. de orig. jur.* Sed incisa in æs, vel in marmor, vel in lapides probantne ut potiora testibus? De iure Civili exercitii gratia disputo, quodcunque lubet. *Diss. vide apud Gothof. ad l. 6. C. de religiof.* Cæterum in abstracto negandum puto, quia vel ipsi census seu alia publica monumenta & instrumenta sæpe per unum testem conficiuntur, qui duobus vel tribus testibus fide dignis omnino cedit. *Deut. 19.*

n. 15. Quinimo instrumentum publicum coram duabus vel tribus personis publicis celebratum postponitur quatuor vel quinque testibus omni exceptione majoribus, quum ipsa rei natura suadeat, ut majora vota concludant, vincantque, aut saltem causam dubiam faciant. Quare leges vel statuta vix probanda, quæ in concursu creditorum eos præferunt, qui syngrapham habent publicam, licet tempore posteriorem. Diss. vide apud DD. ad l. 1. C. de testib. l. 11. C. qui pot. in pign. & Jacob. Coren obs. 38. Vvesemb. parat. de fide instrum. n. 6. Donell. ad eund. tit. c. 2. Gudelin. de jure noviss. lib. 4. c. 11. An ergo nec rationabilis consuetudo, quæ libris mercatorum plenam fidem tribuit, si jurejurando vel morte confirmati sunt? Non est. d. c. 19. Deut. Diss. vide apud Treutl. thes. 2. lit. b. & ibi Bacchov. Geil. 2. obs. 20. Coren. conf. 16. & 29. Groeneweg. ad l. 5. 6. & 7. C. h. t.

IV.

Ad l. 11. quæritur, quæ sit ratio, cur pupillus necesse non habeat probare, fidejussores pro tutore datos idoneos non fuisse? Sed frustra, quum hodie fidejussores vix constituantur, ut dixi ad tit. Inst. de satisf. tut. Deinde optima ratio adjuncta est in d. l. 11. quam vide apud Buf. ad d. l. & Bacchov. ad Treutl. thes. 4. lit. c. Diss. vide apud Eosd.

Ad l. 16. & l. 29. §. 1. quæritur, an & quomodo professio matris filium declaret illegitimum? Sed de hac quæstione disputavimus ad l. 6. de his qui sui vel alien. Add. Mornac. & Autum ad d. l. 29. h. t.

Ad l. 19. quæritur, an intentio affirmativa vel negativa magis ex re ipsa, quam ex conceptione verborum dignoscenda sit? Sed recte hoc extra controversiam ponit Bacchov. ad Treutl. thes. 4. lit. a. & b. Adde & nostra ad §. 2. Inst. de act. An & quando exceptiones dilatorix & peremptorix opponi possint, dixi ad tit. Inst. de except. & latius forsan dicam ad tit. D. eod. ubi & illa forte quæstio ventilabitur, an judex circa probationes dare & coarctare dilationem possit, parte etiam non petente. Adde nostra ad tit. de ser. & dilat. ex quibus haud obscure patet, quod affirmativa sententia no-

bis allubescat. Diff. vide apud *Treutl. thes. 6. lit. d. & ibi Bacchov.*
Quod post conclusionem in causa novas probationes mediante
saltem restitutione in integr. producere liceat, indicavi ad l. 1.
D. ex quib. caus. maj. Vide *Christin. vol. 3. decis. 29. n. 37. Felin. in*
c. cum dilect. de fide instrum. col. 4.

Ad l. 20. quæritur, an violentus possessor saltem ita gaudeat
commodo possessorum, ut spoliatus rei vindicatione agens domi-
nium probare teneatur? Neg: *arg. d. l. 20.* quod omnino procedit
de jure Canon. & Moribus, quibus iudicium possessorium & pe-
titorium, actio Public. & rei vind. cumulantur, & hoc vel illud ar-
bitrio iudicis propter salutarem clausulam adjudicatur. Vide *no-*
stra ad §. 4. Inst. interd. & §. 4. Inst. de act. & lib. 6. Pand. Diff. vi-
de apud *Treutl. thes. 5. lit. b. & ibi Bacchov. Costal. ad d. l. 20.* Ex
eadem clausula & hodie iudex notorii rationem habet, licet non
sit allegatum. Adde *arg. l. un. C. ut quaes. advocat.* Diff. vide
apud *Treutl. thes. 9. lit. d. Bus. ad l. 3. §. 1. de testib.*

V.

Ad l. 21. quæritur, an omissa illa clausula, *salvo jure impertinen-*
tium & non admittendorum, quilibet articuli actori probandi sint?
Neg: *d. l. 21. junct. auth. in isto C. de jurejur. propt. calumn.* ex
quibus constat, quod ea duntaxat probanda sint, quæ ad causæ
victoriam necessaria videntur. Diff. vide apud *Treutl. thes. 5. lit.*
d. & ibi Bacchov. Vvesemb. par. hic n. 7. Gail. 1. obs. 81. Myns. 1. obs. 56.

Ad l. 24. quæritur, an præsumptio recte dividatur in præ-
sumptionem hominis sive iudicis & legis, & hæc rursus in præ-
sumptionem juris tantum, & præsumptionem juris & de jure seu
veritatis? Aff: quia illarum species in jure exstant, quas vide apud
Treutl. thes. 10. & ibi Bacchov. Diff. vide apud *Eosil.* Quod profecto
præsumptiones juris & de jure odiosæ sint & vix admittendæ,
significavi ad l. 6. D. de his qui sui vel alien. & dicam suis locis la-
tius. De præsumptione, quâ quis præsumitur vivere usque ad 100.
ann. dixi ad l. 56. de usus. Vide *Treutl. thes. 12. lit. b. Bronch. Miscell. 1.*

aff. 86. An ergo nec in criminalibus ex solis præsumptionibus, & conjecturis quis condemnari potest? Multo minus, quum ibi agatur de sanguine humano, & non de capitibus papaverum aut cucurbitarum. l. 5. de pæn. Diss. vide apud Treutl. thes. 7. lit. b. & ibi Bacchov. Fachin. 1. c. 29. Gomes. tom. 3. var. resolut. c. 12. n. 25. An & quomodo sufficiant ad torturam instituendam, dicam (Deo volente) ad lib. 48. Pand. De præsumptione, quæ nascitur ex inscriptione accusatoris, frustra agitur, quum inscriptio in ulu non sit, & dicam forsan alibi oportunius.

VI.

Ad eand. l. 24. quæritur, an ex sagarum in aqua innatatione vel ex effluxione sanguinis occisi firma præsumptio nascatur, saltem ad torturam instituendam? Neg: d. l. 5. de pæn. & l. ult. C. h. t. Diss. vide apud Treutl. thes. 7. & ibi Bacchov. Martin. Delv. tom. 2. disq. magic. lib. 4. c. 4. q. 5. sect. 1. 2. & 3.

Ad l. 25. s. 3. & 4. quæritur, an jusjurandum & confessio sint species legitimæ probationis, an potius relevent ab onere probandi? Sed quæstiones nullius momenti sunt, ut videre est apud Bacchov. ad Treutl. thes. 1. lit. F. Interim qui ex eo probat intentionem, quod adversario deferente iussurandum juraverit, vel quod adversarius in judicio vel extra judicium confessus est, absque dubio probat, ut dixi in thes. 1. Adde Gudelin. de jure noviss. lib. 4. c. 9. & 17. Diss. vide apud Treutl. & Bacchov. d. loc. An in d. s. ult. pro indiscrete legendum sit indistincte parum curo, quum de mente JCti. ibi constet, quod scilicet cautio nullam causam adnexam habens, nullum effectum probationis vel præsumptionis producat. d. s. 4. & c. si cautio ext. de fide instrum. Sane juxta simplex jus gent. ille qui confessus est debitum, condemnandum est saltem ad sequestrationem vulgo *namprissement* donec contrarium probet, licet de causa debiti nihil constet. Diss. DD. & Mores vide apud Felin. ad d. c. Reubff. ad conf. reg. de chyron. præf. n. 66. & 67. Gail. 2. obs. 132. Groeneweg. ad d. s. ult. l. 25. Costal. ad eund. s.

Ad l. 26. recte Autumn. damnat præsumptionem, qua pro-

cula

cula ibi præsumitur fratri fideicommissum remisisse *arg. d. l. 2 § 1*
pr. h. t. Diss. DD. unanm.

Ad l. 28. queritur, an, quando & quomodo probet testis de
auditu? Sane in antiquis probat. *d. l. 28.* Sed vix est, ut alioquin
onus probandi transferat in adversarium. *Diss. vide apud Fachin.*
II. c. 66. Christin. vol. 3. decis. n. 6. seqq.

Ad l. ult. queritur, an *d. l.* correctâ sit per *l. general. 13. C. de
non num. pecun.* Neg: quia *d. l. 13.* plane de alia facti specie agit,
quam *d. l. ult.* ut quilibet accuratius paulo attendens animad-
vertet. *Diss. Autumn. & Mornac. hic.* Hinc instrumentum ad aliud
se referens per se non probat, sed tamen præsumptionem inducit.
arg. s. ult. Inst. de fideiuss. & l. 14. C. de cont. stipul. Adde nostra ad
l. 2. b. t. Diss. vide apud Fachin. II. c. 3.

VII.

Ad l. 1. & seqq. tit. 4. queritur, an statutum requirens proba-
tionem per instrumenta admittat etiam testes? Aff: *d. l. 1.* Ratio
est in *l. 15. C. h. t. Diss. vide apud Treutl. disp. 5. thes. 1. lit. b. &
ibi Bacchov. Bus. ad d. l.* An ergo poena statuta in eum, qui falsum
produxerit instrumentum etiam locum habeat in eo, qui fal-
sum testem? Aff: *dd. ll.* *Diss. vide apud dd. Auct.* Quænam dif-
ferentia esse debeat inter instrumentum publicum & privatum,
significavi in *thes. 3.* An & quomodo valeat instrumentum, quod
à Notario vel alia persona publica putativa conscriptum est, dixi
ad *l. 3. de offic. pret.* Sed queritur, an jure Justin. Notarius spe-
cialiter debeat esse rogatus? Sed frustra, quum Moribus decisum
sit. Vide *Treutl. thes. 2. lit. c.* Qui & in quo territorio rogari
possit, vide *ibid.* & apud *Jacob. Coren. obs. 37.* An invocatio Dei,
an annus regnantis Principis & an indictio in instrumentis ne-
cessario exprimi debeat, dixi ad *proxim. Inst.* Vide *Treutl. thes. 3.
& ibi Bacchov.* De subscriptione Notarii & testium quid tenen-
dum sit, collige ex dictis ad *d. proxim. & ad 3. 5. Inst. de testam.
ordin.* Adde *Treutl. & Bacchov. ad d. thes. 3. Fachin. II. c. 30.*

Ad *easd. ll.* queritur, an & quæ instrumenta reus actori edere
teneatur? Sed de hac questione egi ad *l. 3. de edend.* Sed potestne
ille qui

qui producit instrumentum, probare illud in quantum pro se facit, & improbare quatenus contra se facit? Aff: quia causam instruit; sed an plene, vel minus arbitrio iudicis relinquendum puto *arg. l. 79. de iudic. & l. 3. §. 2. de testib.* Diff. vide apud *Treutl. thes. 4. lit. d. & ibi Bacchov.* An instrumentum publicum contraria probatione infringi possit, dixi in *thes. 3.* Vide etiam *Bacchov. ad Treutl. thes. 5. lit. c. Duar. ad h. t. C. de fid. instrum. c. 3. Hottom. ad l. 15. h. t.*

VIII.

Ad l. 1. tit. 5. quæritur, an testis citatus esse debeat? Dixi sententiam in reo *ad l. 1. de in ius. voc.* Adde *Groenervog. ad auth. rogat. C. h. t.* Diff. vide apud *Treutl. thes. 6. lit. c. & ibi Bacchov.* Sed valetne statutum, quo creditur testibus non juratis? Valet. *Matth. 5. v. 37.* ita tamen, ut iudex pro ratione personæ aliquando iusjurandum exigat. Diff. vide apud *Treutl. d. thes. 6. lit. F. & ibi Bacchov.*

Ad l. 3. pr. & §. 5. quæritur, an infames possint esse testes? *Neg: d. §. 5. infim. Nov. 90. c. 1.* nisi integræ famæ homines deficiant, quo casu aliquam fidem merentur, *arg. l. 7. h. t. l. 21. §. 2. eod. l. 9. de quest.* Diff. vide apud *Treutl. thes. 8. lit. b. & ibi Bacchov. Bronch. cent. 2. ass. 95. Bus. ad d. l. 3. pr.* Idem dico de muto & furdo si in scriptis testentur, idem de cæco, sed casu habiliposito. Diff. *DD. varie*, ut videre licet apud *Vvesemb. parat. de testib. n. 3. Castrens. & Sichard. ad l. 9. C. de testam. Don. in l. 2. C. de testib. Vult. 2. juris Rom. 2. n. 60.*

Ad §. 2. d. l. 3. quæritur, an consentiens fama sufficiat ad inquirendum? Sed nos de ea quæstione alibi oportunius. An & quomodo famæ credendum sit, vide apud *Bus. ad d. §. 2. vel tene*, hoc arbitrio iudicis committi, *arg. §. 1. d. l. 3.*

Ad l. 6. quæritur, an vasallus pro domino testimonium dicere possit? *Negatur arg. d. l. 6.* merebitur tamen aliquam fidem, maxime si alii testes non adfuerint, *arg. d. l. 7. h. t.* Et cum hoc temperamento accipienda videtur *l. 24. h. t.* Idem adhibe in quæstione, an famulus vel mercenarius, vel frater in causa fratris
amicus

amicus in causa amici idoneus testis sit. Adde *Costal. ad l. 4. h. t.*
Sed potestne frater contra fratrem testimonium ferre? *Aff. arg.*
l. 4. h. t. & l. 6. C. eod: Quid de vasallo? in modicis quoque con-
tra dominum audiri potest. *c. 1. vers. similiter de consuetud. rect.*
feud. junct. Cujac. & Gothof. ad d. c. Diff. vide apud Treutl. thes. 8.
lit. F. & ibi Bacchov. Bus. ad d. l. 6. & 24. Bronch. cent. 2. aff. 91.
& 99.

Ad l. 12. queritur, an imperator vel alius supremus Princeps,
duorum testimonio, vincatur? *Aff: d. l. 12. que ex jure di-*
vino descendit. Deut. 19. v. 15. Ioan. 8. v. 17. 2. Corinth. 13. 1.
Heb. 10. 28. An ergo unius testimonium nullo modo plene pro-
bat? *Aff: dd. loc. quibus adde c. cum à nob. 28. eod. Diff. vide apud*
Treutl. thes. 7. lit. a. & ibi Bacchov. Groenevveg. ad l. 9. §. 1. C. h. t.

Ad l. 16. queritur, an variantibus testibus fides dibeatur? Sa-
ne non magna in rebus magnis. *arg. d. l. Diff. vide apud Bus. ad*
d. l. 16. Fachin. 2. c. § 1. Quid si testis aliter extra iudicium, & ali-
ter in iudicio deposuit? Posteriori judiciali magis standum est
quia hoc testimonium juratum & magis serium videtur. Diff. vi-
de apud Bus. ad d. l. Fachin. 9. c. 85.

Ad l. 18. queritur, an mulier in criminalibus testimonium
dicere possit? Sed frustra, quum jure Divino & moribus hoc cer-
tum sit. *Groenevveg. ad d. l. cui adde Bronch. miscell. cent. 1. aff. 90.*
Bacchov. ad Treutl. thes. 8. lit. e.

Ad l. 19. pr. queritur, de emendatione *d. pr.* Sed de ea ideo
non sum sollicitus quia usum non habet, & quia nullius difficul-
tatis est ut videre est apud *Groenevveg. ad d. l. 19. & Arum. ad eand. sed ad*
d. §. 1. queritur, an pupilli testimonium audiendum? Aff: maxime
si pubertati proximus sit. d. §. 1. & l. 26. ¶ pr. de iurejur. Et sic ma-
ior factus testari potest de illis que in pupillari ætate vidit. *Diff.*
vide apud Treutl. thes. 8. lit. a. & ibi Bacchov.

Ad l. 23. queritur, an *d. l.* emendatione opus habeat? *Aff:*
quia falsum est, quod testis semel productus contra me non possit
produci iterum contra me. *arg. l. 1. §. 24. de quasi. Diff. vide apud*
Treutl. d. thes. 8. lit. f. in fin. & ibi Bacchov. Bus. Costal. Gothof. ad d. l. 23.
Ad l. ult.

Ad l. ult. quæritur, an Advocatus finito officio testis in causa clientis esse possit? Neg: d. l. ult. quam tamen limitandam puto arg. eorum, quæ dixi ad l. 3. & 6. h. t. Diff. & res judicatas vide apud Treutl. d. thes. 8. lit. d. Groenevveg. ad d. l. ult. ubi altera limitatio ex Argent. art. 157. glos. 2. proponitur, quæ tamen jure displicet Mornac. ad l. 4. de testib. Arum. ad. d. l. ult. Christin. vol. 3. decis. 27. n. 25. & 26.

IX.

Ad l. 2. l. 9. §. 5. tit. 6. quæritur, an ignorantia juris positivi certi & promulgati latæ culpæ annumerari possit? Aff: d. §. 5. & l. 223. de V. S. l. 9. C. de ll. nisi forsan sit nimis prolixum. Nam tunc & inter Doctores & Professores sine culpa lata ignorari potest. Diff. vide apud Treutl. thes. 13. lit. b. disp. 4. & ibi Bacchov. Fachin. 8. c. 107. & lib. 10. c. 12. Hinc apparet, quando & quomodo ignorantia juris probari possit. Sane in casu dubio quin jurejurando probari possit, nullus ambigo. Hebr. 6. v. 16. Diff. vide apud Treutl. d. thes. ult. lit. g. & ibi Bacchov.

Ad l. 7. 8. & 9. pr. quæritur, an juris ignorantia pariat conditionem indebiti? Dixi ad l. 1. §. 1. de condict. indeb. Sed repete, si lubet, & de jure Romano disputa, quodlibet. Nam moribus propter probabilem errorem haud dubie restit. in integr. datur. Diff. vide apud Treutl. d. thes. lit. d. & ibi Bacchov. An ergo error juris proffit ad acquisitionem fructuum vel ad præscriptionem longissimi temporis, vide apud Fachin. 8. c. 28. & 29. junct. nostr. ad §. 35. Inst. de rer. divis & §. 11. de usucap. Ex his reliquæ quæstiones ad hanc materiam probat. & præsumpt. pertinentes facile decidentur, aut moribus aut alibi à nobis decisæ sunt aut decidentur.

Corollaria Respondentis.

- I. **M**inor adversus aditam hereditatem restitutus facit locum substituto.
- II. Liberi propter similes vel graviores causas in Nov. 115. cap. 3. enumeratas exheredari possunt.
- III. Infamis nequidem jure civili procurator esse nequit.
- IV. Lex quoties 15. C. de R. V. & consuetudo quam ad d. l. notas. Gronew. est irrationabilis.
- V. Præscriptio non est bono publico introducta.

F I N I S,

Ornatissimo Domino Respondenti

A N A G R A M M A.

**PETRUS ARNOUITS.
SUPERANS TUTOR.**

DEvictis rediit cum semel hostibus
Miles, difficile haud bella movebit hic.
Sic ARNOUITS agis; hæc prælia passus is
Fauftâ nuper avi domum.

Certamen repetens, hinc animosior
Conscendis cathedram, dogmata adultera
Confutas validis & rationibus,
Dignis ingenio tuo.

Per te tuta THEMIS, dum SUPERANS abis
TUTOR, dumque paris posterioribus
Sæclis perpetuum nomen: ô optimum
ARNOUITS præfidium reis!

Cognato suo optimo posuit.

A. v. W E S E L. J. U. Studiosus.